

5725

1.	2.	3.
bene	salvu	peripsu
lava!	lotu. ¹	ma su. ²

Briaiae rep. in nymphaei pavimento opere musivo (V 4500 vidit Mommsen titulos 1 et 2). — 1) Ita acclamari solebat post balneum, ut apparet ex passione Perpetuae et Felicitatis (Ruinart ed. 4745 p. 404, cf. K. I. Neumann roem. Staat und Kirche I p. 175) et ex colloquiis servatis in codice Montepessulano (corp. Gloss. Lat. 3 p. 287, 24). — 2) Περίψυα σοῦ. Hac acclamatione usos esse Alexandriae salutantes vel discedentes videtur colligi posse ex Euseb. hist. eccl. 7, 22, 7.

Ceterum similis est titulus Africanus et ipse in opere musivo inscriptus, VIII 8424 cf. p. 970.

5726 Cn. Melissaeo Cn. f. Apro, M. Stajo M. f. Rufo Ilvir. iter. i. d.¹, labrum ex d. d. ex p. p. f. c.² Constat IIS DCCCL³.

Pompeis in thermarum prope forum caldario, labrum marmoreum litteris aeneis (X 847 vidit Mommsen). — 1) Duoviri iure dicundo iterum fuerunt lul. 5—4 p. Chr., cf. X 824. 895. — 2) Ex decreto decurionum ex pecunia publica faciendum curarunt. — 3) Sestertium quinque milibus ducentis quinquaginta.

5727 . . . | ad horrea Sempron. | ad balneum vetus | in quattuor,¹ | plumb. pondo P ∞ ∞ ∞ DCLXII² | et labella IV, idem | donus pro se et suis.

In Nemore Aricino rep. (XIV 4190 viderunt Huebner et Gatti). — 1) Fortasse intellegendi sunt rivi vel fistulae spectantes ad quattuor labella infra memorata. — 2) 8662 (CGLXII pro DCLXII Gatti).

5728 M. Annius | Sacerdos | eq. R., p. m.¹, cu|rator et dis|punctor, | conchas de | suo posuit.

Satafi (Ain-Kebira) Mauretaniae (8596 cf. 20240 vidit Gsell). — 1) Patronus municipii.

5729 M. Luceius C. f. | IIIvir. aed. [pot.] piscinam | purgandam et lorica[m] | imponendam de urbanorum | operis¹ coeravit.

Lacedognae, ubi fuit Aquilonia (IX 6237 nuper descr. Calabrese rector seminarii loci illius). — 1) Operas civibus imperari potuisse in aedificationibus publicis eique rei aediles praefuisse docet lex coloniae Genetivae c. 98 (cf. Eph. epigr. 2 p. 427) (Momms.).

5730 beatissimis temporibus dd. nn. Valentiniani et Valentis perpetuorum Augg., procons[ulatu v. c. P. Ampelii¹, provisio]ne v. c. Fabii Fabiani, piscinam quae antea tenuis aquae pi[g]ra² fluenta capiebat, nunc ve[ro unda]rum intonantium motibus redundantem, Q. Basilus Flaccianus fl. pp., augur³ et cur. [rei pub. restituit] | et excepto[rio⁴ exsi]ructo adq. perfecto cum . . . lio Maximo Au . . . ano

Calanae (VIII 5555 vidit Renier). — 1) Nomen proconsulis expletum ex titulo quem idem Basilus Flaccianus posuit VIII 5557. — 2) PICRA traditur. — 3) Nota augurem aetate Valentiniani et Valentis. — 4) Alterum exceptorium est supra N. 5065.

Piscina cum fullonica coniuncta est supra N. 5594. Cf praeterea N. 5298. 5320. 5707. 5767. 5772 cet.